Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

colligunt de spinis uuas · aut de tribulis ficus? Sic omnis
arbor bona fructus bonos faciunt: mala autem arbor fructus
malos faciunt. Non potest arbor bona fructus malos fa-
cere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor
que non faciunt fructum bonum: excidetur et in ignem mittetur.
Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui
dicit mihi dne dne intrabit in regnum celorum: sed qui
faciunt uoluntatem patris mei qui in celis est. ipse intrabit in
regnum celorum. Dnica vmj. lcm. e. b. p. ap. a. cor.

Fres. Non simus concupiscentes sicut illi concu-
pierunt: neque idolatre efficiamini sicut quidam ex
ipsis. quemadmodum scriptum est. sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. neque fornicemur sicut qui-
dam ex ipsis fornicati sunt. et ceciderunt una die viginti
tria milia: neque tempteamus xpm sicut quidam eorum tempta-
uerunt. et a serpentibus perierunt: neque murmuramini sicut
quidam eorum murmuraunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt
autem ad correptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt.
Itaque qui se existimat stare: uideat ne cadat. Tentatio
nos non apprehendat: nisi humana. Fidelis autem deus est
qui non patitur nos tentari supra id quod potestis. sed
faciat cum tentatione etiam euentum ut possitis sustinere.
Illo t. D. d. i. d. s. parabolam hanc. Sdm lucam.

Homo quidam erat diues qui habebat uillicum: hic diffa-
matus est apud illum. quasi dissipasset bona ipius. Et
vocauit illum. et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde
rationem villicationis tue: iam enim non potes uillicare. Ut
autem uillicus in mea se. Quid faciam quia dns meus